

Huldigungspredigt.

Behüt vor Empörung / Krieg vnd
Blutvergiessen / Gib daß deß Raubens /
Mordens vnd Brennens ein Ende wer-
de.

Vnd bringe vns nach der zeitlichen
Vnrube in die ewigen Häuser deß Frie-
des / da Freude die fülle / vnd liebliches
Wesen zu deiner Rechten sein wird
immer vnd ewiglich /
Amen.



PATRIÆ

Tripudium festiuum

Post excussum machinationum

Jesuiticarum, laqueum.

super.

Electo & coronato jamq̃ VVratislaviam in Silesiam

magnificentissime homagii causâ veniente

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPE AC DOMINO, DOMINO.

FRIDERICO

REGE BOHEMIÆ I^o. COMITE

PALATINO ad RHENUM V^o, S. R. Imperii Principe &
Electore, Duce Bavarix, Comite Veldentix & Spanheimix,
Marchione Moravix, Duce Silesix & Lucemburgi,
Marchione Lusatix.

In

PORTA GLORIÆ

A

*S. P. Q. Breslao devotæ subjectionis ergò in foro
collocata adumbratum & depictum*

In

Magnificâ receptionis & introductionis ab omnib⁹ Silesix
principibus & ordinibus factæ pompâ frequenti plausu
exhibitum & repræsentatum.

*Rudi Minervâ & penicillo non descriptum &
imitatum; sed potius tentatum quàm absolutum.*

A

JOHANNE HERTLINGIO NamsL. SiL. LL. Studiofo.

OLSNÆ SIL. Typis Bössemesserianis. 1620.

AMPLISSIMIS, MAGNIFICIS,
NOBILISSIMIS, STRENUIS AC
SPECTATISSIMIS VIRIS
DOMINO

Capitaneo Regiæ & inclutæ urbis & Du-
catus Wratislaviensis benè merito & vigilan-
tissimo, ut &


Reliquis ejusdem Reipublicæ dominis
Senatoribus gravissimis

Patriæ patribus
religionis defensoribus
justitiæ tutoribus
pacis assertoribus
studiorum favoribus.

Hunc exiguum ingenii fetum, hanc tenuem calamo non
sat polito modulatam Musulam
quam patria commune extorsit & elexit
gaudium.

In honoris delubro
ad aram debita observantia colloco
In bona mentis fano
ad aram benevolentia exhibeo

JOHANNES HERTLINGUS
NamsL. SiL. Autor.



80041/9 C15E

Quò mea tam subito mens emicat incita thyrsò?

quisve DEus, vel Diva meas ita vellicat aures?

qua mihi sollicitam subito explicat ardua frontem

latities? risu cogitq; resolvere vultum?

Sunt inopina meam qua tentant gaudia mentem:

aut jam presentem spondet fortuna salutem;

tutior aut mea fors est magis in classe secundâ,

aut aliquis propior memè DEUS usq; reviset.

Auguror, augurium docuit tale exitus ingens

sapè fuisse bonum, potioriq; alite ductum.

Fors ea qua patria jam sunt communia nostra

gaudia per sensus & per præcordia serpunt

nostra etiam, & penitus sunt viscera lapsa sub ima.

Quis defacato nam jam non pectore longo

exsolvat sese luctu? quis namq; protervis

portandum tradat non in Capbarea ventis

agrorem? cui lata parùm frons vel fuit ante

semper & ingressus dejecto est lumina vultu,

sollicita rugas frontis non explicet omnes?

Quis jam non plausu fremituq; exulter oborto?

ad strepitum cytharæ cessatam ducere curam

quis neget? Jonio pedibusq; applaudere motu?

Insolabiliter cujus querimonia pectus

hactenus exedit vario in discrimine rerum.

Ecce etenim priscum redeunt jam tempora in aurum,

Et placidi secuta resurgunt secula regis;

duro hac are tenus qua induravere Tyranni.

Jam nova progenies cælo demittitur alto

& sellam regni sceptrumq; insignia nostri

accipit, attollit feliciq; alite fasces;

læti procedent sub quâ nunc ordine menses,

Virgoq; per plexum sub quâ Saturnia rursum

A 2

Omne

Omne revolvit iter, rursum & vestigia retro
observata legit, qua alio sub sole jacentem
hactenus acta fuit patriam, terrasq; remotas
Exilio varias complexu avulsa suorum:
quarere. Satve ergo Divum certissima proles;
vitisatoris enim producis secula regis.
Plaudite Pierides Musa majora canentes:
quis vobis gelidum Diva nam lusus ad Hemum?
gaudia qua vobis adfert Parnasia rupes,
qua hinc atq; hinc patula pre pandit cornua fronte.
Precipe Melpomene cantus cui Phœbus Apollo
cum cytharâ vocemq; dedit, cape Lesbia plectri
fila, novum insigni regem modulare Camœnâ
Magnanimum, magnus rerum tibi nascitur ordo;
majus opus moveas jam non arbuta jurabunt;
Non jam sint humiles cura tibi Diva Myrica.
Edite nunc, omnes Diva quos Pimplea, plausus
dulcis habet, quascunq; movet vis undiq; fervens
mentis Apollinea; gratantia dicite regi
vota novo, & multam venienti offerte salutem.
Vosq; p̄ vates infania amabilis omnes
quos ludit, rapido ingenium ferventius omni
quæis fluit & mens est divinior, osq; disertum.
Aonio pulchras deducite vertice Musas,
Slesia Idumaas referentes premia palmas
vestra. Etenim presens tempus spectacula poscit
ista sibi, vestros & poscit carmine plausus.
Malobathro vestros Syrio redimite capillos,
aut hedera strophio frontem vincite nitentem;
obvii abite novo longo lati ordine regi
plaudentes latumq; choro Pœana canentes.
Non secus ut Salii referentes carmine laudes
Herculeas, lapsum cælog; ancile superno,

Populeis

Populeis vinciti saltabant tempora ramis,
ad cantus strepitus incensa altaria circum:
Illud erat planè quavis à parte recisum
angulus ut toto quæ spectes omnis abesset
magnaq; vox tonitru concussit mania magna,
ac Zephyri tenues retulerunt verba per auras
Urbs quod sub leges totum missura sit orbem
imperii gravidas servo belloq; feroces,
ritè triumphatas debellaturaq; gentes.
In cuius penetris servatum hoc nempè maneret
Illius colerent lecti pia sacraq; mysta
Tale etenim cæli & superas ancile per auras
demisit, nostram & misit rex magnus Olympi
in patriam, tereti formâ, rectumq; figurâ,
inter quod nostri gyros & mœnia regni
muneribus dum nos plenis reverenter honorum
tollemus, regni se magna potentia nostri
proferet, & latè victis dominabitur agris,
ac secura viam tandem affectabit Olympo.
Hoc ancile novus rex est (laus maxima Jovæ)
qui modò rex FRIDERICUS adest, patriamq; cadentem,
discentem & fractis, restaurat, currere remis;
Incorrupta fides, veri cultusq; rotundi
invenient illi; nunquam virtute secundum;
propositiq; tenax, cui non assueta secures
sumere mens, vario popularis ponere & aura
arbitrio; nireum gestans in pectore cygnum.
Cæli hoc depositum, patria quassabit amica
dum dextrâ regale decus, tum nostra Tyrannos
qui nostram penitus jurare exscindere gentem,
vis teret & victas coget protendere palmas.
Salve ancile pium, superum jam signat honore
quod pater omnipotens, iterum salve aura salutis

A 3

Verum

Verum age solemne dum ducit Silesia pompas
in plateis omnisq; fremit latata Juventus:
tu mea festivo quod ages hoc Musula plausu?
an nunc egelido prorsus sopita veterno
perpetuum obscuram latitans inhonora sub ulva
Emoriere rigens, contracto & frigore pigra?
Exi in conspectum solemq; ingloria apricum,
involvit nigrâ quid nam tua carmina nocte?
an metuis rigidi censuram vatis Horati!
(Vir bonus & prudens versus reprehendit inertes)
signum in compositis transverso ne illinet atrum
ille timet calamo? atq; aliena reddere versum
incudi malè tornatum pudor occupat ora?
Horrida non rubor est tua si vineta virorum
doctorum cadat falx culta, politus & unguis
scabra notet potius tibi laus hinc incluta surget.
Quin inter vales Phæbo qui digna locuti
mista etiam inculti vena est audita Batilli.
Inter suavisonos per stagna loquacia cygnos
Sape etiam rostro crepitavit garrulus anser.
Aude aliquid laudes & huius detere festi.
Votivas non Musa preces effunde quod ante
jam fecere viri Pallas Tritonia alumnos
quos docuit pulchraq; insignes reddidit arte:
Gaudia Silesia plausum lætâq; juventa
concipe, ventanti quod facta est obvia regi.
Splendida magna simulachraq; concine porta
Et sacra regis titulis & honore superba:
Hæc tua tela fiet, sine non hæc sedula lanas
esse rudes, pateatq; tuis hæc area curis.
Ante velut foliis evincti at tempora nauta
stantes in prorâ solvendo littore funes,
Nereidam turbas extis ac Protea placant:

In

In mea Pimpleas & ego sic carmina Nymphas
ante voco, & Phæbum pharetraq; lyraq; parentem:
Pandite quare Heliconâ mihi Diva ista canenti
impleat ut ventis mea, gratia vestra, secundis
Linteâ, quod emensis spatiis in littore puppim
cornua pratentâ solvens decorem alta coronâ.

Postquam res Bojas, Ezechiq; evertere gentem
Esset conatus natus de sanguine princeps
Austriaco, vellet peregrino & subdere sceptro
dura auctoratam penitus telluris Iberæ;
rasum & quæ numerat Lojolam turba parentem
se vitreâ jactans Jesu de nomine famâ
tela facesq; daret, remosq; impelleret urgens,
Uno ictu totam posset quod absumere turbam
Tarpeji abjurat quæ totum sacra Vicar
Ut, sicuti tellus penitus vi quando dehiscit
infernâ reseratq; domus stygiosq; recessus
ingentes sæpe uno urbes absorbet hiatus.
Sic simul hanc omnem capiat nigra janua ditis:
Tentaret, votum & persæpe Neronis iniquum
factis; quem Pluton sævâq; odere sorores;
qui quondam cunctos optabat habere Quirites
os unum, jugulumq; unum vultusq; figuram
ad lethum ut traberet patria sub mœnibus omnes:
Inferias cuncti sic Diti & mitteret unâ.
Horum ubi senserunt fraudem pestemq; Sinonum
in sua juratos videre & funera fratres,
Magnifici proceres, regni, patriâq; parentes,
Surrexere omnes furis in pectore justis
increpantq; animis ira. Nam conscia virtus
atq; innatus amor patriæ, sobolisq; fociq;
nescius evinci, haud tractabilis audit habenas:
antè fuit quæ lasa diu patientia tandem

appone

apponit stomacho cerebrosi vimq; Leonis.
Afflictis ergo melius considerare rebus
cum via nulla foret, tum demum hac prima salutis
demonstrabat iter, meliori sorte fruisi
quâ possent, Zephyris tumida & dare vela secundis.
Doctores ipsos primum scelerumq; satores
obtortos capiunt, deturbant atq; fenestris.
Regem ipsum posthac sceptro solioq; receptum
à clavo remouent ejusdem conscium ut artis,
morte sepulta fides fuerat cû pacta sub illo
hereticis tumulto quod non seruanda sit unquam.
Ipsam Gorgoneis armatum deinde venenis.
Aleto dirarum excitam sede sororum
mille doli cû sunt, artes cû mille nocendi, &
qua insidias ad eas Divos fraudesq; traherat,
Excutiunt patriâ diversas quarere terras
exilioq; jubent alio sub sole calentes,
de grege eos segnes Epicuri intelligo porcos,
Et nitidos bene curatâ cute nempe Suitas.

Ut mihi sed liceat paulum discurrere metam
extra propositam, extra oleamq; crumpere fixam,
excuteret nobis risum spectantibus altum
civibus illa fuit qua lex prefixa Lacœnis;
nemo aleret crassa magnum ut farragine corpus,
grande saginati & ventris qui pondus habebat,
illi crebra manus, nodisq; instructa salignis
grande caput circa errabat pingvesq; lacertos,
esset Marti habilis quod non, aptusq; labori.
Roboris ô duri si stipite turba dolanda,
qua latitat, Manachum, cæcis abstrusa cavernis,
non operata sacris, frugem at consumere nata,
qua nimium accrescunt tumidâ pinguedine membra,
ut valde excubiis precibusq; inidonea sacris:

Antea

Antea qua falso jactant jejunia certo
jejunis agerent stomachis animisq; modestis
Massica non vomerent plenis exhausta culullis
Ebria nec traberent semper vestigia poti:
Sacrificis starent vacua aut cultoribus ara,
regula mox fratres retineret nulla professos.
Sed quod vela traho? dum animus majoribus instat:
quod feror? hæc aliena nimis. Fors impius illis
audio, distentum objicio dum carmine ventrem,
Dulcibus expulsi patria cum finibus illi
errant exiliis fratres, & limina mutant,
tum varias artes, seruo nova pectore versant
consilia, amissos repetant ut rursus honores.
Irarum rex ipse omnes effudit habenas
Et magis accenso gliscit violentia semper,
corda pudor versat, mistoq; insania luctu.
Ergo concilium primosq; in limina cogit,
consiliisq; capit socios. Ad regia plenis
tectis viis veniunt; illum stipata tegebat
turba ducum, procerumq; cohors studiosa suorum.
Conticuere omnes, arrectisq; auribus astant:
Tum mox torva tuens, horrendum & bile tumescens
difficili, solio tandem vix insit ab alto:
Res nova jam, vestras unquam qua venit ad aures
vix fando, proceres fide regniq; columna,
res nova multorum facies inopina furorum.
Et meministis enim nec dememinisse potestis,
detulit & sceptrum regniq; Boëma coronam
terra sui nobis gemmis auroq; rigentem.
Nescio quo rursum se numine perfida mutat,
quodq; dedit repetit, promissa tenere recusat,
Et regale rapit capiti diadema remoto:
Numina non illam sancte jurata reflectunt,

B

Pœnè

Pœnè recens pietas nec mentibus hæret avorum
nostrorum, placidam longâ qui in pace regébant.
Ut taceam reliquos, patrum qua tanta Rodolphi
cura fuit nostri hæc gens dura atq; aspera cultu.
Tantum extingui famam patiæne laborum?
non ego. Persequar omne jubet quod splendida vitis
memene impositum folio descendere rursus?
mene statim victis posse & desistere rebus?
quos ego: sata horum modò ni contraria nostro
sint fato; infelix mox memet in omnia vertam.
Si mea nec fuerit sat magna potentia, restat
Hispanis mihi spes accitis maxima in armis;
Et Papa gnatum opibus solabitur ipse amicis,
atq; Italis procùl hinc socia arma effundet ab oris.
Non ea sitantum poterit vis frangere faslum
ipsa Acheronta polos miscens terrasq; movebo.
Ante tubam trepidos quare metus occupet artus?
Relligionis opus virtutem animosq; viriles
Excitat, & stimulos præcordia mittit ad ima.
Non exosa manum fugiet victoria inermem.
Ibo animis contra, nec spem tentare recuso.
An dubitemus adhuc? juvenes lectissima bello
pectora sunt nobis, Venetas pavere cohortes
qua nunquam. Venetos mare magno interluit æstu
præstat inaccessasq; domus his Adria: nonne
vis & opum Venetos & bello vivida virtus
major habet? Venetos ausus sum tendere contra,
Et terra, & toto turmas opponere ponto
Arrigit at vos non tantarum gloria rerum?
ast agite hæc animis mea dicta reponite vestris.
deficient ubi fracti adverso Morte Boëmi,
cumq; coronabit nostram victoria frontem
atq; humiles oculos, victam dextramq; præcantes
protendent:

protendent: precibus mihi facta injuria nullis
flectetur; rerum læsi jus persequar usq;
regis. Agam regno omnes seditioe potentes,
illorum nostris transcribamq; arva colonis,
dividuo calamo, & sociis donabo ducatus.
Quid spolia enumerem? positis in scenore nummis
quisquis erit dives, Sarrano & dormiet ostro.
In manibus Mars ecce viri, fortuna secundo
audentes, incerta alias, jurvat alite quosvis;
arma parate animis, fidos consurgite in enses,
tegminibus vestras tutis præcingite frontes:
Ibimus, ostendet qua se fors dextra sequentes:
ibimus, ereptum reparabit dextera regnum.
Arma, arma atq; faces. Effatus talia frendens
instar apri multis Vesulus quem pinnifer annis
fovit, cum latebris expulsus inhorruit armis.
Conticuere omnes & plausu dicta loquentis
excipiunt regis, dat bello tessera signum;
agmina in arva vocant bello deserta, resumunt
arma omnes, squamisq; horrent iboracis abeni.
Rectores juvenum bellig, in fronte Magistrum
pœnè timenda sono qua nomina deinde creantur
ingens Tapyrius famâ, Bucquojus armis.
Illi Cæciliacas armato milite terras
invadunt, ferro Bojos vastantq; penates;
Exurunt agros, sternunt sata lata labores
ingentesq; boum, sparguntq; incendia in urbes,
Vulcano superante casa, trepidantq; ruinâ;
pingvior effuso sit sanguine ubiq; Boëmo
campus; lactantes nam raptant ubere natos
matris, disceptos misere sparguntq; per agros,
cuiq; tumescebant prægnantis pondera ventris
(Talia Diis nostris terris avertite monstra)

rimantes uteri gladiis immane latebras
informes massas, rudis crescente figuras
humani vultus ad saxa allisa, nefandum
frangebant, facinus. Temerati fœdera lecti
non referam, seruis zonas manibusq; rinctus
nec vi virgineas deducto carmine dicam.
Nulla suis planè capitis reverentia cani
sustinuere diem fati jam quig; supremum,
non animas patuere suas efflare quieti,
quamquam jam flueret denexo pondere cervix,
Semineces tamen hostiles sensere furores.
Troica vix tales habuerunt fata Tyrannos,
Et durus visis his fieret miles Ulyssis.
Quod genus hoc hominum, Mauro non mitius angvis
indomitâ ceruice ferum? qua barbara tales
Terra viros genuit quèis circum pectora ferrum?
Scilicet hi Jesu sociorum sunt Sociennis:
Ut Scinis & Scyron nec torvus tanta Procustes
auderet: tauri nec tormina tanta Perilli
sint, quam qua nostram maclant cruciamine plebem.
Nec minus interea somnia & inertibus horis
afflicta dicunt jucunda oblivia fortis
Czechiades, cogunt conscriptas undiq; turmas,
compositas numero campis densantq; catervas.
Illustres animas, natos melioribus annis
frigida quèis non est heros dextera bello
præficiunt illis. Bojas hinc clara coërcet
Divum progenies, acies, Mansfeldia magno
Sanguine quem comitum superas tulit aula sub auras,
ingentes animos Ernestus pectore versans
angusto, Martem & præclara laudis aventem.
Nec non Ascantia princeps de sanguine gentis
Christianus qui robur alit sub pectore virax,
princeps magnorum virtute insignis avorum.

Ac inter fratres velut ignes Lura minores
promicat, & propria meruit qui marmora dextrâ.
Slesiades Boja fidissima gemma corona
auxilio subeunt, juvenumq; examina mittunt.
fortia, dixisses cujusvis Velitis iras.
Illorum primi ante acies & tela feruntur
egregiâ Brenni Janus degente Georgus
virtutem natus propriis extendere factis
Marchio, magnorum flos atq; corona virorum.
Alter ductabat fulgentes are catervas
Gotschiades propria quem clarat adorea fama,
grata magis pulchro de pectore & edita virtus.
Has Boii opponunt acies, hoc Marte resistunt
hostibus, oblitisq; sui decorisq; cruentis.
Multa viri interse nequicquam prælia tentant:
Sæpius effuso crebescunt sanguine pugna;
mox turma hostiles victricia signa reportant,
annuit & nobis rursus victoria Martem,
Succedunt illa mox in certamina rursus:
& nostri referunt fidens mox pectus in hostem.
Sæpè ita dum totis in prælia viribus itur
interea casus proceres impensus omnes
expendunt, parilesq; agitant in pectore curas,
in tanto rerum discrimine quid sit agendum.
Regem, orant omnes; hæc vox est omnibus una
nullaq; concentum dissensio dividit istum.
Regia nam vidui regni sine rege coronâ
est veluti malus, quam campis consistam apertis
Æolia magno quatiunt stridore procelle:
Et quam præteriens offendit robore quæq;
turba gravi, cupiens dulet se pascere succo:
Qui orbis & amisso queritur genitore pupillus,
sæpè modis vilis cui vappa insultat iniquis.
Hanc etiam validâ savi sic sæpè Tyranni

vi quatiunt, multoq; infestant impete, fructus
pro ut sua, quisq; cupit decerpere, forte libido est.
Consilium in melius referunt, secumq; volutant
quid regni fortuna ferat, quod fata tumultu
exercent, faciesq; fatigat iniqua laborum.
Et FRIDERICE, tibi quem novit & ultima Thule,
famã, quem Rhodani stupet accola, hymphida Rbeni
numina quem placidis venerantur & ipsa fluentis
prosperiore, ferunt insignia, sidera regni.
Te, FRIDERICE, petunt proaviti magna Palati
gloria per terras princeps venerande Barvaras,
Cui comitis titulos Veldentia donat avitos,
submittitq; suos domino Spanheimia fasces,
cujus ab arbitriis electio pendet & una
Casaris, imperiūq; vicarie maxime summi
Innato extimulat quem patria semine virtus.
Belgiacus gestis & avunculus excitat Hector.
Te, FRIDERICE, petunt exelesti pectore dignos
cujus habet pectus mores, generosaq; motus
mens faciles recipit; dubius & recta secundis
Sublimem pietas quem raptat ad aethera pennis,
solaq; qua trabeã, diademate solaq; digna.
Te, FRIDERICE, petunt regali & tempora honore
impediunt, fremitu regemq; ingente salutant
Salve multorum votis optate piorum:
Tempora lata notã Cressã salвете notanda;
Salve pulchra dies & cedro & carmine digna;
ingredere afflictis felix succurrere rebus.
Postquam sunt solito solemnes ordine pompa
Exacta, ludos exercet lata juventus.
Nuntius interea Fernandi allabitur aures
insano miscens hostilia castra tumultu:
Teregno solitoq; refert FRIDERICE, receptum,

Inq;

Inq; tuam Moravos domino jurasse salutem:
Et te ad Silesia properare novalia nostra.
Spes regni tennes presumpsa ut abirat in auras,
bacchatur multum furiatã mente, recenter
non posse electum regno hoc avertere regem:
Si delata manet fato huic, ait, esto corona;
Pectora quo misero at saturata dolore quiescant,
Utq; illi parvo non constent regna Boëma,
Omnes quas potero tentabo lubricus artes,
dirum quodq; nefas versans, in quaq; paratus:
Sive moras regi & tantis juvet addere rebus:
Vincere sive dolis, seu tandem occumbere victum.
Deniq; cum calor in ventos & vita recedet,
Et sic hoc Parca poscent & terminus iste
hærebit vita, tum vos, genus omne futurum,
Austriaci, Moravum, Bojũ, & quos Gattalus ambit
exerce te odiis viresq; illidite vestras,
muneribus manes his & decorate supremis
nostros, vindicta ut saturati in morte quiescant:
Nec pacis leges, nec fœdera jungite, junctã
pactãq; qua dextrã jam sunt confundite rursum.
Ossibus ultores nostris exsurgite, iniquas
vindicibus gladiis proscindite & urite gentes.
Sic satur, fraudumq; omnes descendit inartes:
Dum caput in nostrum sed devovet illico damnum
atq; dolis regem regno prohibere Pelasgis
cogitat, ista ferunt mala mentis gaudia venti.
Ad nos nam tumidis velis Aquilone secundo,
Dive FRIDERICE, venis nullusq; includere fauces
visus adesse via, & venienti abscindere cursum.
Dive FRIDERICE venis, toto bacchentur in orbe
horrendum quamvis hostiles usq; cohortes:
pampineã Bacchus ut quando bicorniger bastã

tangit,

tangit, solventes crinales Orgia vittas
cum captant, furis accensa pectora seruis.

PORTA GLORIAE.

Porta tibi interea regali splendida luxu
augusta, auratis educta sub astra columnis,
Extruitur, FRIDERICE, tuo qua servit honori.

Sed iuvat hanc summo talos à vertice ad imos
exiguâ versu deducto effingere chartâ.

Parrhasiâ effigies pingam non arte; figuras
Alconis referam haud Batiq; toreumate cunclas.
Linea Apellâ digna illa est quippe tabellâ:
dignus Alexandri & Lysippus cadere solus
vultum, habitus, solus talesq; imitabitur are.

Porta fuit quondam magnâ Marvortis in urbe
una sibi septem muro qua incluserat arces,
porta fuit quondam de Jani nomine dicta;
Numa pater patria superas hanc duxit ad auras,
& clarâ sacrâ, celebratam & nomine pacis.

Armorum laxavit eam flagrante tumultu.
Quando togâ & ramis velati Palladis ibant
indigena, mox illam emuniit objice rursus.
Hac Janalis erit, duri certamina Martis
jam vexant resides, armantq; in praelia cives.

Panditur a lato struiturq; insignis hiatus
Bellona furia non ut placentur in illâ:
aurea sed pacis referens rex transeat ista
munera. Quis pacis converso cardine claustra
paci non pandat venienti janitor ipsi?

Inclute rex, tecum latis ad remigat alis
optima pax, nobis quam votis poscimus omnes:
Ergo tibi & comiti hac panduntur limina paci.
Ingredere ut vivas, tecum & pax incluta vivat.

Primus

Primus portæ aspectus versus plateam

Olaviensis Portæ

Pyramis cum hac Sententia.

GOETZ gebe VnsereM Könige elnc gVte
FreiDreIChe Reglr Vng.

IN summo Pyramis surgebat vertice ad auras;
Hanc instar frontis vincit sententia talis.

(ni nubes oculos hebetavit nigra tuenti)

Dii regem nostrum felici pace coronent.

Prima olim Pyramis cælo tenus extulit alto
irrigat effuso quam tellus flumine Nilus,
que cineres regum & servabat honores.

At seruo, ab utinam Bellone nostra flagello
inferias Pyramis mittat, signumq; sit ingens
compositi, pacisq; æternum attollat honorem;

qui, flammis ignis superas adlambit ut auras,
sic incrementis exundet ad æthera sumptis.

Post quia quadratâ fuerant tabulata figurâ
ecce Scopus niveâ præclarâ fronde puellam

aspectu opposuit dextro, quæ tempora sacra
lauro umbrata gerens quassabat litia palma,
Chloris erit, jucundi dulcis amica Favoni.

Pastano sequitur quam per viridaria cultu

Altera humum in messes quæ prima exercuit almas
diva fuit, frontem gravidis ornavit aristas,
artificis cui docta manus digitisq; recentem
implicuit palma ramum fecitq; sinistram.

Scilicet hæ pacem Divæ comitantur ovantem.

Fundere lumen apex mox visus lampadis illuc
infra parte ab utraq; oleo se pascere ficto.

Nempè quia pacis fida est vigilantia custos.

Primus

C

Inferius

LATERA.
Flora. in
dextro.

Ceres in
sinistro.

Lampas
ab utroq;
latere.

*Inferius geminus dextrâ quatit aliger ensom
 insomnia similis servat geminosq; Leones
 pampineo obtentu fusos quos vitis inumbrat
 hos super impositâ cernuntur & ista tabellâ:
 Sic tuti sine clade cubant sub vite Leones.
 Hoc per te præstat terris, FRIDERICE, Jehova.*

*Humanas vigilum excubias notat illud inanes:
 regnâq; divino planè custode remoto,
 significat, varia fieri ludibria sortis,
 lubrica nunc huc nunc illuc & lapsa referri.*

*Area lata patet media, atq; incincta columnâ
 quam radii illustrent multo fulgore corusci
 Literulis referuntq; Jehova nomen Hebrais:
 Ipse etenim pax ipsa, piis dat talia regnis
 munera, dat placidos ejus quoq; gratia reges.*

*Virginis effigies residebat limine, frontem
 vitrici evinctam fuerat qua cernua olivâ:
 urbanum roseo sed risum temperat ore.
 Vestis ei Assyriâ fuerat ferrugine clara,
 qua clavo talos effusa fluebat ad imos,
 Evincto ramis at dextera fulminat ense,
 contortam foliis versatq; sinistra coronam
 Purpureum illa sinu positum pulvinar habebat
 quod super & sceptrum regni & diadema recumbit,
 Ac super insistens horrentes opprimit hastas;
 raptâq; diverso diversa ex hoste tropea,
 aclides & teretes, clypeorum & tegmina; cristis
 præterea quatitur pede cassida tuta decoris.
 Pacifero veniente premit pax rege tumultus:
 armaq; quæ infestant terras hostilia demit.*

*Dextra in fronte illi virgo pulcherrima, rama
 tempora vincula latus stipat, cor dextera quassat
 rama sed rursus gestat fragmenta sinistra:
 Scilicet.*

Angelus
 itidem in
 utroq; &
 dup leo-
 nes sub vi-
 te cuban-
 tes.

Area
 in medio
 nomen
 Jehova.

Pacis
 imago.

Virgo cor-
 tenens in
 dextro la-
 tere.

*Scilicet integritas hic monstrat pectora regis
 candida consiliis, pia factis, fidaq; cunctis
 subjectis; inimica malis infesta probrosis*

*A tergo digitis servus ieo surgit acutis
 Sublimis rursus Pyramisq; minatur in astra:
 Ardua nam fortes comitatur gloria euntes:
 Umbra hominis sequitur veluti vestigia semper.
 Hanc penes est juvenis præclarâ veste decorus
 atq; incocta superbus habet vexilla rubore,
 quorum signa Leo nitidus cervice nivali.
 Jam pulsis Phœbū hunc dices rediisse Sunitis:
 Et non Sirenas sed secum ducere Musas.*

*Annis vir gravior domine tegit inde sinistram,
 tempora cui circum jam canet sparsa senectus
 impedit & canos unâ diadema capillos;
 Aurum etiam effuso dependet tortile collo,
 alba Palatina gestat vexilla, domusq;
 nobilitas antiqua dedit quæ insignia genti
 Scilicet hac pietate graves, vitâq; probatos
 Excelsos animis, insignes fortibus ausis,
 à virtute, decent, manant quæ, ornamina reges.
 His te donatum FRIDERICE æternæ in ævum
 per memores fastos titulis & honoribus auctum.*

*Virgineam ulterius faciem tenet ora sinistra:
 dextra etiam frondem quassat qua lata nitentem;
 atq; specula humanas mentiri docta figuras
 in levâ & dirum squamis horrentibus hydram.
 Hæc nostri monstrat quæ sit prudentia regis:
 in regno quod sit virtusq; potissima cuncto
 præcipites mentis quæ sale attemperat asus
 attentè casus speculatur & ante futuros.
 Infra deinde fuit mox porta transitus ipse.*

Leo &
 Pyramis.

Juvenis
 vexillum
 rubrū cum
 albo Leone
 gestans.

Sinistrum
 latus.
 Vir Senex
 aureū tor-
 quæ collo,
 & manu
 alba signa
 cū insigni-
 bus domus
 Palatinæ.
 gestans

Virgo spe-
 culum &
 anguem
 manibus
 tenens.

Emblema-
ta in latere
transitus
scilicet

Ad geminas nunc verte acies, emblemata lector;

Lumina conspectu poteris queis pascere primo.

Ergo alte vestigia oculis, sensusq; latentes

compressis agita labris & mente revolve

Hac etenim nigro miscetur murmure calum

Et densus sese prorumpit nubibus imber,

agricola ad siccas campis fugiuntq; latebras

curvatq; suga defigunt lumina terra:

1. *Hac scindit nubes se circumfusa repente,
purpureo & cœlum se vestit lumine rursus,
puniceum Thaumantias ore colorat & arcum.*

„ Scilicet ut rursus subito post nubila Phœbus:

„ Sic Deus adversus vicibus quoq; sapè benignis

„ mutat fortunas, & turbida nubila Martis

„ discindit, pacis solesq; reducit amicos.

2. *Relligio cui spes adjuncta pedisse qua sedem
infernus posuit, caput his obnubilat istud:
Relligio spem certa fovens & nubila pellens
Phœb' & Alcedo præsentia numina spondent.*

„ Relligio larvas pedibus conculcat inertes

„ Sapè quibus populum miserè decapit iniquus

„ de vota picta pietatis imagine Clerus.

„ Larvas: lanigera specie quæis sape bidentis

„ Martius in caulas lupus insidiatus ovili

„ invadens multos dirulsi mordicis agnos.

„ Pone subit dominam spes & comitatur euntem

„ anchora & in manibus gestat fundamina puris.

„ Relligionis enim jactatam forte Phasetum

„ si quatunt magno discordes athere venti, &

„ adversis vehitur panè immerfabilis undis:

„ tunc est dente spei fundanda carinâ tenaci:

„ fit Boreis alias lusus certantibus illa.

3. *Unâ radicem, tandemq; ex parte sub ipsum*

Arclu-

Arclurum foviet en nidus Alcedo loquaxer.

Limfati furis totum quia quando Tyranni

per mandum insurgunt presso stridentq; molari,

impia desumant ac plenis crimina labris,

te solum adversus quosvis, pie CHRISTE, professos,

Non meritis sed morte tuâ sperando salutem:

Sapè inter medios Ecclesia læta furores

Excludit secunda suos in pace serena

pullos, in tantis nequiequam læsa procellis.

Delius inspirat si pectora gnara futuri

Calliopeq; dedit præsagam in carmina vocem:

Eventus habitura mea est quoq; Musa futuros.

Rex noscer quando contristat Aquarius annum

Et glacialis hyems Aquilone incrustat aquarum

vim subitam, Alpibusq; nives bruma illinit agris.

Et certant magno bacchantes murmure Cauri,

namq; venit; rigida non inclementia bruma

tardat eum, retinentq; nives & horridus annus;

præstabit nobis verè Halcedonia, læta ut

hostiles inter potiamur pace furores.

Alævâ ad reliquas sed jam descendo figuras.

Emicat hic primum arrectâ cervice caballus

exsuperans candore nives; mirabile dictu,

Hic ignota manus nebularum findit amictus

Et contemnentem franos atq; ore lupatos,

injectis mox imperiosa coercet habenis:

Hæc ascripta cui bino sententia versu:

„ Liber equus justis se legibus aptat & æqui

„ Sub regis meliore cupit se pascere sceptro.

Libertas spaciis si includitur incluta duris

Contemnit franos & nullas audit habenas:

ast ea si gyris rursus cohibetur in æquis

Sponte domanda pio præbet sua colla capistro.

Libertas

In lævo
latere.
1. Embl.

2. Libertas vultu inferius depicta decoro
 sub pedibus duras manicas ferroq; catenas
 infelix manibus tulerat qua in terga retortis
 haetenus illa diu, pedibus terit illico demptas.
 Insuper in clava petasi velamina flavi
 gestat ovans animis, oculis qui obtrusus acutis
 ora hebetans rapuit visus ingente tuentes:
 Ut non innexas posset deprendere fraudes,
 cernere fallaciq; animos sub vulpe latentes:
 imperiis quacunq; foret sed ducta dolosis
 orba suis oculis sequeretur iussa faceffens:
 Amoto sed eo jam valde cernit acutum.
 Non secus aetheria ut Jovis armiger ales in aura
 ut non in foveam facile inducatur biantem.

Lancibus astat ei qua sortem sustinet equis
 iustaq; pro meritis qua premia virgo repondit.
 Carceribus quia libertas emissa reponit
 saepe suum genium antiqua mentisq; tenorem
 effera barbariem blandam mentita figuram
 induit, arreptis illam nisi steterat habenis
 iustitias, doceat metis & currere fixis.

3. Inferiore iterum virgo stat sede locata
 nigra oculos, malas suffusa rubore nitentes,
 obtinet & dextram gnomonem, frana sinistra,
 a tergo adducto torquens hastile lacerto
 vir sedet, & positum telo collimat ad orbem;
 alterat allisum commonstrat arundinis ictum.
 Nam moderata juvant & multa in secula durant:
 At franos violentos refractarius ore
 mordet equus, temnitq; metu data lora; nec unquam
 firma manent saevumq; juvant violenta Tyrannum:
 Directa ad certum tentamina & omnia finem,
 recta scopum ratio quem cuiq; ostendit agenti.

Eventus

Eventus habuere nocentes talia nunquam.
 Talis erat facies porta qua prima tuenti
 obtulerat sese regi; nunc altera porro
 decantanda venit: capto aspirate labori
 Musa, ut in optata tandem statione carina
 nostra, in proposito felix se condat & alveo.

Dicta prius Pyramis patet hic & vertice summo
 Luminibus; dextram sed Flora, Ceresq; sinistram
 Occupat, & lucent incensa lampade flamma.

Aliger hic iterum geminus pratendit oliva
 palmitem, & alma tumet jucundo Vitis Jaccho
 illius & catuli recubant sub fronde Leonis.

Quos super hac iterum posuerunt carmina Musa:
 Regnat tuta fides, campis dormite Leones
 Non vos insidia turpes, nec praelia laedent.

Hic iterum & Pyramis latere ex utroq; sub auras
 emicat, & custos his calicus angelus astat.

Gloria divina nam ni foveatur ab aura
 jam licet & multas ea sit memorata per oras,
 Norit Iber quamvis illam Rhodaniq; sequaces
 qui potat latices, quaq; Ausidus obstrepit ingens:
 non tamen hac longum sine numine prerogat avium
 autori. Hinc multos jam fama obscura recondit,
 illorum ad nos dix tenuisq; relabitur umbra
 quæis sat magnus honor fuerat dum vita manebat
 qui nunc est tenuis planè sine nomine ventus.

Et tabulata Leo pedibus tenet aureus uncis:
 Nam venit ex celso decus omne a robore metis.
 Area subsequitur rursus qua turbida calis
 Et tempestatis facies formatur oborta.
 (fallere sin hebetes me non novere pupilla
 integrum & conjecturas est ducere mente)
 Antiquum confusa chaos referebat imago.

Haetenus

ALTERA
 FACIES
 Portæ & sus
 hospitium
 regium.

PYRAMIS
 Flora.
 Ceres.
 Lampas.
 Angeli
 Vitis sub
 duo Leo.
 rls.

Pyramis.
 Angelus.

Leo.

Bibliotheca
 Vaticana

651

644

Hactenus in Bojo tempestas maxima regno
sevit Ausoniis & Iberis mista procellis
antiquumq; chaos maria omnia miscuit astris
sidera astrorumq; ignis non fulsit in aethra.
Omnia vesano sed fata tulere tumultu:
Intentaveruntq; divi sevam omnia mortem.
En subito moti pelagi calig; furorces
deposuere minas; spirant & leniter auras
equata, nubes se & in aethera purgat apertum;
sidera jam caelo fulgent ac cuncta sereno;
Nempè quia pacis soles, FRIDERICE, reducis.

Pacis
imago.

Ejus vestibulum servat quoq; virgo decorum
os habitumq; gerens, evincta est fronte coronam
sustinet innexum levâ quoq; palmitis ferrum:
Inq; sinu sceptrum & vidui decora incluta regni
arma terit pedibus, cetras, hostilia, & hastas:
signaq; militiam semper que sacra professus,
falcatos factos & ab arte Lycaonis enses.
Dextra sed omen habet quo non infantia transit
nostra rudis, veri interpres querendus Asylas
alter erit nobis, Clarii tripodasq; vocanda
auxilio: verum quando non implet Apollo
pectora mi veris: evolvam pectora curis.
Ut tamen ex istis, juvet hic & fingere quicquam
Solis ista fiet quamvis permessa poetis
libertas; fors figmentis & gratia nostris
impediat quamvis non tempora Delphica laurus.
Quinq; tenet cannas quas circum vincula serpunt
lorea; quinq; tibi Boie FRIDERICE corona
membra offert; sed lora tua sunt Symbola cure.
Dum curator eris capient incommoda nunquam,
nec frangi poterunt adverso unita tumultu.

Huic

Huic iterum forma dextrâ levâq; frequentes
accubere suis vicina sedibus: illic
forma stat à dextris oris praclara decori
amula Tritonis labiis que cornua rauris
admovit, tumidis caneret ceu classica buccis,
pratendens levâ ramum felicitis oliva.
Talia nempè tuis meritis praestantibus ausis
atena, FRIDERICE quia praconia fama.
Proxima cui juvenis statua est, argentea frontem
lamia defendit galea, quatit aura nivales
sanguine rorantes nec non in vertice cristas:
Ille quatit manibus tinctum livore tropaeum
unguibus auratisq; Leo violentus in illis
attollit villos flavâ ceruice superbos.
Ille suo torquens belli sub numine fata,
aternos magnâ spondet tibi laude triumphos.
Fixa statim primâ sed rursus fronte sinistra
Virginis os habitumq; gerens dejecta decaros
Effigies oculos, fulvo illi est annulus auro,
& Thyrtis ardet medio speciosus in illo;
Cum palmâ & gestat praefixo hastilia ferro.
Conservat veluti visus Turchosia, nullas
Aurea concipiunt planè sordesq; metalla.
Sic animi rectum conseruet firma tenorem
integritas, FRIDERICE, tui ne hunc fascinet ullus
torpor, nec virtus temerata irrumpat in illum.
Hanc penes est senior, cingit cui tempora Daphnis
aurea fronte illi nitidos stella explicat ignes,
dextra gravis sphaeram gestat, versatq; rotundam,
signaq; Sithoniis levâ magis alba pruinis.
Nempè velut sphaera revoluta figura rotunda
in finem non subsistit nec desinit ullum
illius imperio sic nullus terminus obstat,

D

Quem

In dextro
latere
Virgo tu-
bâ inflans
& alterâ
manu ra-
mū gerens.

Juvenis
imago vex-
illum flavū
cum aureo
leone
quassans.

à sinistro
latere
Virgo an-
nulum &
hastam
habens.

Senior
sphaeram
dextrâ ge-
rens & vex-
illum albū
sinistrâ.

Quem pater omnipotens regni signavit honore;
summa in planitie frontis quod denotat astrum.

A dextris Nunc mihi sed Diva reliquas memorate tabellas
quas coloratis celebentur sensa figuris

Embl. 1. Hic Leo stat tortâ redimitus tempora lauru
lucida fasce gerens levato spicula ferro
evincto nitida foliis hederâq; comante
qualia sunt Batavis praclara insignia terris.

„Unita nempè est virtutis fortior æstus“

2. Mox pacis dicunt leges aternâq; firmant
fœdera commissâ hac ferientes pollice dextra,
apponunt digitos nudo cordiq; priores,
Ex quo fulmineus serpentibus emicat ensis
complexus, geminus residetq; in cuspide turtur.

Quinq; viri, talos revoluta leana sub imos
fulvâ fortè jubâq; jacet terribilis, uni.

Alterius sequitur vestigia fulminis ales
linea per pennas cui pectoris alba nitentes
ducitur: at taurus camuris sub cornubus hirtus
tertio adest duplicato amplectens poplite terras:

Quartò itidem expertus flavo in Ganymede fidelis
astat avis, verum duplicato in pectore collo
Et rubris variis spatii distinctus & albis.

Testudo in medio, Cyllenia munera, picta est
docta loqui numeris varia discrimina vocis:

semper amicitiam concepto federe pactam
stare decet firmam, ceu stat Marpesia cautes,

non solum Janus dum clauditur urbe Quirini:
sed quoq; quando manu impellit Bellona cruento

belli feratas emoto cardine portas.

Pectine cumq; fides ceu cum pulsantur eburno
non disconveniunt vel tactu leniter uno:

mutua sic etiam debet concordia votis

Esse

Esse suis quos & virtus & fœdera jungunt:

pictura super hos bino compendia versu:

Quos DEus unit amans animis unita manebunt.

Cum Phlegethonte licet mundus rumpatur & Orcus.

Dives at inferius sua munera copia fundit

apprendunt geminae cujus fulcimina palma

cornua: diffundit, vel quae pomaria mittunt,

vel commissâ novis reddunt quae semina sulcis:

vel quas culta ferunt uvâs vineta recentes;

Quas vel humus profert, Veneris stipendia, flores.

Scilicet bis felix cultori exuberat annus

incluta tum colitur juncto pax fœdere sancte.

Concentus nostras sed quis novus impulit aures?

Integrat aut latum lato quis pectore carmen?

Increpat argutamq; chelin quis latus Jopas?

Quisnam Mœnalius resonat tam dulce Monaulus?

Cui teritur ravis buxus Berecynthia labris?

Non humana meam mulcent modulamina mentem:

Exhibet angelicas sed turmas ecce sinistra.

Angelicas turmas, quae barbyta dulcia tendunt,

arguta & tenui pulsant psalteria chorda,

Dulcia jucundo quae murmure cornua perflant

applausu meritum regi testantur honorem.

Scilicet atherias tangunt quoq; gaudia mentes

Excussis tua, CHRISTE, lupis ad ovilia fides

quando pastor abit non qui ad *torra* pastum,

ad cybisum & salices. Sed oves qui pellit amaras.

Cingitur inferius emblema coronide tali:

Florebit rosa dante DEO, nec sceptrâ labescet

angelicis turmis quae cinxit dextra Jehova.

Inde coronatus solioq; repostus in aureo

en residet, qui multa animo meditata revolvit,

quem juvenes flexo venerati poplite bini

D3

alati,

3. Embl.

Sinistri
lateris.

1. Embl.

2. Embl.

alati, regna invitant fulgore coruscum
 sceptrum & baccatam gemmis auram, coronam
 tendentes, illi similesq; loquentibus astant.
 Scilicet à superis reges in regna vocantur
 dividit & iusta lance horum gratia sceptrum
 non Capitolini vis presulis atq; potestatis
 Quò falso tituli mendax se jactat honore
 Inferius xarantia porrà rosaria primo
 3. Embl. Lucifero, florum nec non Labyrinthus amœnus:
 tresq; rosa medio ramis felicibus horto
 assurgunt, udi grævida que pondere coeli,
 Et gemine pabent mediâ quoq; caule minores,
 ridens sagvinco surgit que stendida cocco,
 aureus atq; arcu Phœbus fulgente decoro
 quam super irradians calices despectat amœnos.
 Puniceo pia CHRÏSTE, rosam que gaudet amictu
 ab vultu propiore tuo radiusq; sorveto,
 ridentis calathi raptos bacchantis honores
 ne faciant Borea ludibria vana furores.
 In nullo quamvis rosa sera moretur & horto
 sera tamen patriâ fac nostrâ flore at illa,
 Ut nati natorum & qui nascentur ab illis
 nostrorum, videant aeterno hanc flore comantem.
 Arcus³ Ardua jam cecini postquam fastigia portæ:
 Portæ Curvato tandem restat mihi transitus arcu
 gloriæ dicendus, mirâ qui pictus & arte renidet.
 ab utraq; facie Snpra ab utroq; Leo positus latero arduus, albis
 Leo albi villis auratos saxus consurgit in ungues,
 in pectore Bojema que sunt insignia gentis avita,
 insignia atq; Palatina medio sub pectore stirpis
 Palatine atq; Palatina medio sub pectore stirpis
 gellans. Signa tenet, peperit que virtus incluta avorum
 Rex FRIDERICE, tibi, geminas pede sed premit unco
 Sub ejus pedibus duæ palmas, que digitis tenuis clausere sagittas.
 manus fasces spiculorum tenentes.

Gnosta

Gnosta non manuum frangi nam robore tela
 possunt, uno qua inclusit bellator acervo:
 franguntur parvo sed robore fasce soluto
 singula. Sic nullas hosti peperere triumphis
 Nulli unquam laudes, fortuna inimica nec unquam
 fregit eos movit violentas quando tumultus;
 quos & amicities fraterno pectore junxit
 Et virtus, junctaq; pares in fœdera dextra,
 sed quando scissâ demens discordia pallâ
 fraternos animos, junctas inimicat & urbes:
 invadit fatalis equus mox mania fortis
 importat miseros & caco ventre labores,
 parvis comminui possint ut nisibus illa.
 Quis puer at nudus calatas commovet alas?
 Ligneus Architas quem fecerat arte columbus
 an iterum plausus pennis exterritus edit?
 aère cur subito delabitur ille quieto?
 Cur subito rursus tenues se tollit in auras?
 auro quid gestat multo quid jaspide fulvum?
 Angelus humanos referens in pectore vultus
 calato, pennis celeres hic dividit auras,
 Et veniente suam rege attestatur amico
 latitiam plausu, cui plexi circulus auri,
 quem defert regi superas labendo per auras
 Illius excelsam & gestit circumdare frontem.
 Splendida quos verum curvi tabulata colores
 vestibuli referent nobis? quasq; illa figuras?
 En turbatorum confusa stragis acervus
 pacis, succumbit fulvis extensus arenis;
 Lucifuga nigris blatta trepidantq; cucullis
 prostrata, & fluitant cervicis pondere fracta.
 Rex etiam multo cui torpent pulvere crines
 Et regalis honos capite est discussus ab alto

Angelus sub
 fornice pē-
 dēs Silefio-
 rum pileū
 ducalem
 regi dela-
 bēdo offe-
 rens.

Victoria
 & Libertas
 curru inve-
 huntur sup
 turbatores
 pacis quas
 Sex Nym-
 phæ trahūt
 sex verò se-
 quuntur.

D 3

Semi

Semianimus digitis trepidans ferrumq; retractans
fusus humi, campo medius luctatur eodem.
Quos super, invehitur tumidas qui vertice cristas
antè nimis vacuo tetulerunt, corde superbos
insultans subitis effuso carcere mannis,
florentem quassans victoria fronte coronam
pacifera manibus pratendens termitem oliva.
Libertas hinc alma rotis accumbit in istis
composito placidos qua ductat lumine somnos
fulta caput magnos & corda oblita labores.
Sexq; coronata prestanti corpore Nympha
florentes pacis ramos signa alma ferentes,
contenta ceruice trabunt stridentia plaustra:
Splendida sex nitidis velata tempora fertis
pone iterum subeunt veclabla citata secuta.

Angelo has
sup volans
rosas di-
spergit.

Has super at nireis librat puer athera pennis;
Assurgit, rosas dispergit murice tintas.
Nempe rose prestant, afflictis talia nobis
munera, per sacrum raptemus ut omnia clivum
agmina victores felico hostilia dextrâ,
abjectis insultemusq; ut calcibus illis.

Aurea pa-
eis munera
altera ta-
bella ex-
hibet.

Talis ibi porro vultus pictura moratur
suspensos, oculos mireq; inamemat hiantes
præmia qua nobis felicia pacis inumbrat.
Binâ ibi vir formâ præstans, latusq; iuuentâ
cornua namq; tenet: Radiante coruscat bratu
dextrum, ac si radios inclusos aurea Phœbe
exsereret, nitidos expromeret indeq; vultus;
non secus ut primo cum se se tollit Eoo
leniter, Oceano, roseos primum explicat ortus.
Sed flores, uvas maturo & palmitè pressas,
Roscida cum pomis funditq; votema sinistrum.
Ille byram hic digitis & pectine percipat: ille

oscillum

Oscillum appendit buxo, pars tympana pulsat;
gutturè dulcisonos pars cantus edit ad auras
Hic sociis juncta Nymphis Charitesq; decentes
Ioniis gaudent agitari motibus: illic
irriguos florum virgo studiosa per hortos
tendit, odoratam sponso plectitq; coronam.
Mercuriale forum peregrinâ merce beatus
institor hic onerat, commercia Thynaq; transtris
Exponit notæ stationi allapsus arena.
Martius est illic campus quo corpore ludos
Exercent varios, positosq; hic limina saxo
reliosa DEum: turba glomerantur eodem
collecta, atq; adytis consistunt agmine denso.
Postquam oculos certâ compressit morte micantes
illic felicem componit quisq; parentem.
Hic quoq; divini mæsis latissima verbi
perbellè libro representatur aperto:
mors hominis quoq; lata pii, capite athero cassi.
Lineâ & artificis quacunq; effingere novit
ducta manu, quando mitescunt tempora bellis
depositis, pax alma refert qua commoda nobis,
omnia in exigua cerni potuere tabellâ.

Afferat o nostris rursus sua munera terris
incluta pax; vultus o prabeat illa benignos.

Nulla salus bellis; nam cecâ sorte feruntur
omnia: porrectis pacem omnes poscimus ulnis.
Hactenus & tenui meâ lusit arundine portam
Musa, suum quâ Bresla potens testatur amorem,
Rex FRIDERICE, tibi rex invictissime, pacem
qui rursus nobis atq; otia lata reportas.
Sed nunc prætereo hanc spatii exclusus iniquis
optate proram properans advertere terra:
Regis ad adventumq; citis festino quadrigis.

Phœbe

Phœbe mihi extremum hunc etiam concede laborem.

Apparatus
pompæ fe-
stivæ ad ex-
cipiendum
regem.

Expectata dies uderat, jam jamq; vicenam
tertiam & auroram Phœthontis luce jugales
vectabant Februi patris de nomine dictam.
Extulit Oceani ut persusus Lucifer unda,
Os sacrum, obscuram tenebris noctemq; resolvit.
Mox placæ fervent densis & compita turbis
tympana mox superas feriunt clangoribus auras;
inflatur labiis & Syrinx dia solutis
Nympha olim pedes nunc docta cetero feroces.
Quilibet audito queruli stridore Monnuli.
arma rapit, tacitis atq; ara micantia vellis,
Fulmineum lateri atq; humeris hic subligat ensis:
ille sed horrenti thorace indutus abentis
squamis armatus perlongâ nititur hasta.
Hic capiti rubra circumdat cornua crista:
Illi at olivæ surgunt de vertice penna;
hicq; juba rursus sua tempora præpedat atris
bombardas humeris imponit at ille tonantes
hic habili frontem galeâ tegit atq; decora,
Et dextra gladium simul aptat habere nitentem,
sed leva clypei telo impencrabite scutum,
Solis inardescens longè & splendore coruscans,
quod radiis oculis prospectus eripit albis
Induit hic hamis confertam auroq; trilioem
loricam; validos & obarmat acinace pugnos.
Signiferos levibus vel quid memorabo tropæis
jucundo quatit exultantia qua aura susurro,
aurum ingens collo quævis tortile pendet ab alto.
Non mihi si largo sint centum gusture lingvæ,
Et ruerem immensus ceu prompto Pindarus ore
plurag; si mihi vel monstrosa in fronte micarent
lumina, centoculum visu superemq; vel Argum,

non

non tamen has varias aris auriq; nitentes
structuras, pulchros armorum evolvere, & ornati
ornatus, varios oculisve apprehendere possem,
turba quibus sese per compita lata ferebat
regali luxu radiis adversa refulgens.

Postquam composita numeris atq; ordine iusto
Ductores peditum nimbos armataq; cunctis
agmina deducunt plateis, stipantq; per illas
indè vias, densant ipsosq; in limine porta,
qua venturus erat rex noster magnus honore.
Stant illi alterno sic ordine semper ut unus
ferreâ adarmatus glandes jaciente volucres
li-ventis plumbi commisto sulphure cannâ
staret, & hunc juxta cui ferrea bractea pectus
vestit, & atheriis cœli tenus evehit auris
præfixum ferro per longum robur acuto.

Atq; illâ serie se acies porrexit ad ipsam
templum cui sancta factum est cognomen Elisa.

Præterea omne forum reboat Taratantara latum,
Consona terrificos clangunt & tympana bombos:
Urbis plaudentis murmur latabile, vocis
auribus emissa sonitus intercepit altos.

Hac agitant equites florentes ære catervas,
Civica sublimis primævo flore juventus
Lucet equis, gyris domitâ cervice citatis;
illi luctantes spirant de naribus ignes,
Spumantes franum carpunt & dentibus auræum:
illis temporibus baccata monilia pendent:
illis est pictis cervix instrata tapetis,
auro illis intexta juba est, cristaq; comantes.
Mox nitidos auro, argentosq; ostrosq; superbos
ferri implent dominos lato agmine strata secuti.

E

Ollis

1012

Ollis purpurae cblamydes lanae, rubentes
quæis flavo prætecta triplex illota colore.

Antiqua turmas ut nobilitatis equestres
antaceam, quascunq̄ potens Silesia misit.
Et primùm ditione sua quas Bresla coercet.
Illic latum etiam ferratâ calce caballum
exercent, gressusq̄ docent glomerare superbos;
Audito clangore tubarum animosior ille
emicat, arrepto jactans & pectore crura
verberat ætheras nequicquam calcibus auras:
Hic autem savos animosi pectoris æstus
blanditq̄ verbis mulcent, manibusq̄ lacestant
pectora plausa, jubas digitis plectuntq̄, comantes.
Martia non secus ut quondam Romana per arua
sonipedes domuit ludentes pulvere, pubes:
Sic hic & cursus ineunt variosq̄, recursus
impediunt, & equos agitantés orbibus orbes.
Pegasus & hic alium prævertere cursibus auras,
Bellerephontem alium & tergo sua membra locantem
vidimus & campo latè exultasse patenti.
Vidimus hic rursus impositis insignibus Æthon
Pallantem & pulchros pungentem calcibus armos:
Cyllarum & hic animis & cursu vidimus acrem
rursus Amyclæis quem Pollux flexit habenis.
Vidimus Eliades dominos cervicibus altis
accipere æsvetas & equas. Et vidimus albis
Threiciis maculis pulchros agitare Polytes.
Sublimès in equis famuli quos deinde secuti
ex humeris flava dimittunt tegmina læna
candida quas triplici casurâ est simbria circum.
Nobile prætereo juvenum decus atq̄, virorum
Quos Svidnicensis, Jauernsis quosq̄, ducatus
ornatos misit miro splendore recentes:
Et quos læta aliis Silesia misit ab oris

legatos, mibi ne labor hic excreseat in horas,
ad rivos ut se jam confita projicit alnus.

Splendida jam medium celi conscenderat axem
Phæbe operum in medias partes erecta, repente
Lata cavâ rursus Triton vocat agmina conchâ,
pelle iterum inductum vitulino clangit abenum.
verberat & superas tactum reboatibus auras.
Corripiuntis patris equitum se deinde celeres.
Nobilis antiquo gentis Dobichützius ortu
nigra cûi furas defluxit abolla sub imas,
ipse pater patriæ, venerandi prima S: natus
gloria, primus agens agmen deducit ab urbe
nobile, Breslaa quod tractus miserat ore.
Inde omnis turba ad portas effusa ruebat
undiq̄, quam Elysia vicinia miserat ora,
Vivida post juvenum virtus quos incluta ad auras
Bresla tulit superas, portis sese extulit altis.
Terna Senatorum has duclakant lumina turmas,
Inde omnis Divûm sanguis quo Silesia sese
jam jactat, ducibusq̄, quibus jam læta superbit,
illustres anima propriam educuntq̄, cohortem
mœnibus, exponunt campisq̄, patentibus illam.
Jan-Christjanus erat primus tua, magne Pyæle
progenies, prognata diis, genituraq̄, Divos,
supremas patriæ qui jam moderatur habenas
arbitrii custos sani, felixq̄, cerebri;
Hunc satirejano melior portare caballo
visus equus sinuans alterna volumina crurum
compositis gradibus; cervix huic ardua, frontis
planities arguta, brevis sed venter, obesa
tergaq̄, inauratos spumas agit ore lupatos;
auro ardet, gemmis & multa Jaspide fulget;
Tingit ut Hesperis in agris sol quando jugales
mille

mille trahunt pulchros radis per prata colores
Sic nitidus gemmarum incendit ephippia fulgor.
Auro discreta vestes, gemmisq; rigentes,
auro illusa duci ex humeris oblamys emicat ipse
Aurea sunt pilei Lybicis baccata lapillis
vincula, aquilina & picta nigredine crista,
quarum tantum unam gestat capite ardea pennam.

Brandenburgiaci latus huic tegit inclutus heros
sanguinis, huic pectoris generosi pullus in atro
Tauricis & equis sompes virtute secundus,
vectum itidem portat dorso, cui plurima circum
tempora gemma nitet crista trepidantq; volantes,
flexilis & fulvi per frana catena metalli
per dorsum & phaleras serpit demissa decoras.
Aulais sellam pictis auroq; rigentem,
ipsius aut vestes auriq; nitore decentes
quid memorem? quibus emicuit ceu menstrua virgo
igneis virgineos tum spargit ab ore rubores.
Magna Polonorum surgens de sanguine regum
Gemma Pylaei sese infert altera rami:
quam cingit mediam (namq; ibant ordine verui).
Inde Podobrathi regis praetara Georgi
fulcris, fulcra domus gemini ardua fratres
Monsterbergiaca, divino pectore dignis
moribus, & pulchra referunt virtute parentem,
qui Carolum, cuius meritis Silesia magnis
florida perpetuo cineres decorabit honore.
Singula ne studio jam circumvector inani
divinos possent qua & delassare poetas,
Omnia in exiguis mens est concludere septis:
Quisq; agitat nitidum plausa cervice caballum
cumq; ipso tertet qui vel me iudice Rhaso:
Quilbet Attalico visus mi fulgere latus.

Auro

Auro tam mirè & pulchris rigens lapillis:
Aurea ceu totum vinxisset bractea pectus.

Nobilium inde decus longo vestigia tractu
subsequitur, diverso alas & signa colore
distingvunt. Nam Bregenses rubicunda cohortes:
Brandenburgiaca sed gestant caesia turma:
Et Lignicenses in pectore fulva phalanges:
Olsnae rusum sed portant glauca caterua.

Ultimus hinc porro turbas educit equestres
gente, opibusq; potens, virtute potentior, oris
insignis forma, viridi calidusq; iuventu
Gotschiades, itidem rutilo qui splendidus auro
clarus Erythrausq; equitat sublimis arenis.
Huic subeunt gemini forma praestante puelli,
horum oculis latos Cythera affarat honores,
ore dabant tales ut ebur roseoq; colores
punicea nitidum quando maculatur ab ostro;
Sarmaticus sed crura habitus defluxit ad ima
Ex humeris Lyciis pendetq; pharetra sagittis
complexus lato quam circum baltbeus auro
splendida que Lybica subnectit fibula gemma:
falcatam lateri quoq; uterq; aptaverat Herpen.
Procedit demum totus comitatus euntis:
Horum pars rubro velata incedit amictu,
simbria ei ffrico prae-texta vellere nigra.
Pars rubicunda modo molli dispandere vento
Suspendens alto dat signa fluentia collo.
Extulit ut portis se copia equestris apertis
Miseni lituo calum omne remugit acri;
ac sonitu, fremituq; virum studiisq; faventum
urbs omnis plausu jonuitq; in littore fracto,
Paulatim celeres rex urbi advertere cursus
interea, rigidis Viadri & succedere ripis.

E 3

Obvius

Obvius hic totus se exercitus obtulit illi
Et latâ regem venientem voce salutat
incluta turba ducum, magno & compellat honore.
Ut data sunt dextris conjunctis ora tueri,
vota coram fari postquam quoq; copia facta est
Tum properata retrò referunt vestigia rursùm.
Intercâ vallis tormentum detonat altis
concutit atq; imis totam radicibus urbem.
Sulphureos jaculata globos; & quando tremiscunt
ardua terrarum tonitru, seroq; tumultu
Juppiter ipse ruens abruptâ fulgura nube
vibrat, sub pedibus tellus ululatq; cavernis.

Ingressus
regius.

His actis alta promunt quoq; gaudia turres
Et campanarum ressonat murmure cælum.
Jamq; iter emensi turres ac tecta Bodorgis
ardua cernebant acies murisq; subibant. (rum?
Jam memorem an plausus, fremitus, sonitusq; tuba-
Non mihi labra licet succo sint illita Hymetto;
Ipsa mihi prompto sedeat quoq; gutture Peitbo;
Non mihi si Phœbi dicet cortynaq; versus;
atq; Pericleos referat mea lingua lepores;
Gaudia, summa sequens rerum fastigia, nunquam
sas dignâ repetens celebrarem tanta Camœna,
quâ fremuit veniente effusa in júbila rege.
Jamq; refert etiam lato sese impete rursùm
magnanimorum animosa ducum florensq; corona.
Et juvenem princeps Janus Christjanus ab uno
Marchio Berennonis latere at de gente sinistro
ductabant medium, germanum sanguine regis;
Ardua frons animum jam magna laudis ardentem
ostentat, magnum egregio decus enitet ore,
candida sinceri quod monstrat viscera cordis.
Quid latam vultus, oculorum quidq; figuram,

Non

Non ego natura interpres, jam carmine dicam?
Magnanima mentis robur portenditur illa,
Fratrem animis, oculisq; refert virtute parentem.
Omnia & ut paucis possim percurrere verbis,
Nil non pulchrum in eo, nil nō laudabile vidi.
Non ita lucentes fundo quas voluit arenas,
deinde, Tagus tanto latè fulgore relucens
marmor inardescit radiis cum Solis iniqui,
gemmarum radiis, velut hic collucet & auri.
Inde comes sequitur qui nudo fulminat ense,
testamen majestatis regi, tremenda
raginâ strictâ districtum cuspide praefert.

Tandem quod patria felix faustumq; sit ipsa
tandem successit majestas ardua regis:
Illa ubi se porta laquearibus intulit alta
aliger hic subita decurrit tramite, fictis
plausum edens pennis, qualem cum commoveret alas
dat nidis fugiens exterrita forte columba,
Et trepidat regale caput decorare coronâ.
Continuò caca porta insonuere latebra
à lituo, tremulo clangit quoq; buccina cantu,
cymbala dulcisonoq; gemunt Berecynthia quæstu?

Rex FRIDERICE mihi tenui celebrande Camænâ
nunc restas. Humeros gravis hac nimis urit at altos
sarcina, clivellis lapsans trepidosq; sub istis,
sufficiunt tanto mea non quoq; pleetra labori.
Dignus es ut longura laudes diffundat in ævum
præco tuas, qualem, felicem dixerat olim,
Esset virtutum nactus quod forte suarum.
Magnus Alexander, Centauro & Thatide natum,
tumbam Sigæis offendit ut illius agris.
Nam tibi magnanimum vivit sub pectore robur,
marmoris dignum referat quod vena theatris

divini

divini vatis divino carmine, Teucrum
Qui ducis aetherias laudes evexit ad auras.
Sunt tibi caelestes mortali in pectore mores,
humanum vultus mentis spirantq; tenorem:
dignus es ut dicat virtus te animosa Nasonis
interpres Charitum, morum qui censor & audit.

Romana fidicen cythara qui dicitur illi
Aeoliis tua laus esset modulandaq; chordis.
In laudes, FRIDERICE, tuas cum currere vellem
eripuit ridenda pedem mihi Phæbus ituro;
per thyma tu volitans, infit, tenuesq; myricas
Et corylox & humi nascentia praecepe fraga,
Icariis ne fors librans celsa aethera pennis
nomina des vitreo calefactus inania ponto.
Ingenium quamvis rapido mihi ferveat aestu;
deficeret medio penitus tamen id quoq; cursu;
Asyrio roscas si ostro, si auroq; micantes
Jam caneret vestes, regem tantumq; decentes.
Dardanio Aenea non tales lata laborum
ipsa suis olim manibus confecit Elisa
tinctas sanguineo percurrens pectine cocco,
Asyrio quamvis telas discerneret auro.
Martis equos Graji quondam cocinere poëta;
Maonis currus & carminis ales Achillis.
Quo veheris dignus quoq; Grajo carmine pullus,
Sexne illos memorem curru succedere foetos?
Epeirum patriam, fortesq; referre Mycanas
dixisses, & avos illos numerare jugales
quæis sacri vehitur custos per salsa Tarenti;
dixissesq; fatos Zephyro trans Gargara patre.
Turritum memoret vel num mea Musula currum?
Non Phrygias mater Berecynthia vecta per arbes
tali est; vix victor populo plaudente triumphas

quis

quisquam egit talem Capitolia ad alta Latinus
hostibus evicta suspendens arma Quirino.
Arabio quoniam totus Bombyce relucet,
illius Asyrio & tela est maculata veneno
aurea per superum resplendens stamina pepulum.
Regius hinc magno sequitur comitatus ornatu.

Ventum erat ad limen templi, quo vota relicta
Turba ducum defluxit equis: Rex ipse caballo
desilenti, suo, quem protinus omnis runtem
Excipit & flexo reverenter poplite honorem
Lata sacerdotum testatur turba piorum
Indè throno appropinat magna stipante caterva.
Ille instratus erat tincto ferrugine panno,
regaliq; super sedes imposita decore,
aurea fulcra toris lucent insigniter altis
puniceaq; nubent Serena velamine tela.
Intulit huic se rex. Solio ut consedit in alto;
Indè dices circum dextrâ lavâq; frequentes
conferre foris, Campana tapetia circum
quos supraq; tegunt; catulis, jaculoq; furigat
intextus juvenis cervos; Ganymede per altum
hic volitat raptis pedibus Jovis armiger uncis:
ramorum hic nitidas velant fragmenta pavones.

Tum venerâde piâ mox multum Hermanne Tiara
compellas multo regem praefatus honore:
tum geminas tollis precibus sub sidera palmas,
ut divina novo aspiret clementia regi;
Temperet optatis regnum ut successibus optas,
hostes victrici & mittat sub Tartara dextrâ;
nulla dies pacem ut nobis & fœdera frangat;
religionis honos crescat ceu latus ad auras
palmas agit sese laxis immisus habenis.

Hasce

Hæc præces & vota ferens Hermannus Olympo,
omnis & albenti circumstans Flaminum amictu
turba nitet, ceu Silbonis nix albet in agris:
aut veluti fertur Cygnus. Phæthontis amati
canentem plumis albis duxisse senectam:
albis sic cadent illi talaribus omnes.

Musica in templo. *Ardua mox sonitu trepidant laquearia templi
Sancta Dei magno laudans & numina plausu
Musica dulcisonos miscet jucunda susurros:
Illa tubas inflat, lituis strepit, acribus auras
cornubus atherias frangit, psalteria pangit,
Tympana solemnes imitantia rava choreas
pulsat, sarrisonis intendit & Organa chordis.
Suscitat & dulci mulcentia cymbala voce.
Obstupui, vox ipsa mihi quoq; faucibus hæsit,
non as, humani non hic modulamen & oris
haurire arrectis credebam me auribus, ipsos
Cantantes foras aligeros sed ad athera laudes.
Postquam mens rediit, nec adhuc stupefacta quievit;
ipsum audire puto fidibus me ludere Phæbum;
Orphea Threicias sociumq; intendere chordas;
Plectris insalutas tangentem & Ariona phocas;
Et cytharam in muros qua saxa coëgerat altos.*

Egressus templi ad diversorium regium. *His ita perfectis dulci modulamine votis:
Rex iterum portis templi sese extulit ingens,
progreditur magnam rursum stipante catervam,
ad tectum, augustos & ducitur inde penates
sub quibus hospitium fuerat regale paratum:
istis succedit descendens sedibus hospes:
Machina cum rursus de muris detonat altis
bellica, sulphureas jaculata ad sidera flammæ.
Nec minus omne forum collucens undiq; flammis*

ferrea

ferrea sulphureo cannalis pulvere mistas
quas vomuit, nigram volvens caligine nubem,
insonuit, tonitru & concussus maximus æther,
intremuit tellus urbis fundamen & imum
Mutabat penitus cæcis reboando cavernis:
Non tantos flamma prorumpit ad æthera caminis
Ætna globos ruptis, cum fundo exæstuat imo,
eructans convulsi ingentia fragmina montis:
Trinacriam horrificis ad eod nec motibus omnem
concutit Enceladus semustum fulmine mutat
quando latus, tota urbs quanto fragore resultat.
Interea jam fera rubens sua lumina vesper
nigram succendit noctem ducentibus astris,
totaq; conticuit somno urbs sopita quieto.
Reddidit ut rursum sese lux postera terris,
Oceano & currus Matuta reduxit Eoos,
Splendida regifico instaurant convivium luxu,
latitiâ urbs, ludisq; via plausuq; sonabant.
Quinta dies summos jam sparsit lumine montes
Cum matutinum sese rex magnus agebat,
ad templum & rursum magnam comitante cohorte
fertur, ibi magni celso sub fornice templi
Sella fuit pulchris turrita instructa tapetis,
perspicuis altè circumq; incincta fenestris.
Intulit huic sese, sellaq; receptus in illa
visus erat manibus supplex orasse supinis.
Incipit Hermannus cui larga est copia fandi
verbaq; docta ruunt, exercita flumina cursu
mollia ceu fugiunt placido per gramina rivo;
Ex altis voluit pia verbaq; talia rostris:
Quo DEUS hic nobis venerandus honore sit,

almæ

G 2

vesci-

Concio ha-
bita ante-
quam stare
Silesie abi-
rent ad ho-
magium præ-
standum.

vescimur ætheriis dùm terræ munere in auris:
Cultu & quo nobis sit rex reverenter habendus.

Postquam ad supremum deducta est concio finem,
perfectis jam jam divinis rebus, in aulam
(moribus & regum qua religione priorum
in quâ Silesiâ primos attollere fasces
Omen erat, sacra est) multis cum millibus ibat.
Processere Duces; sequitur Fecialis euntes,
demissum calces nigrum talare sub imas
indutus Serigæ contextum vellere; verùm
Ex humeris rubri pendes Velamen amictus;
sed brevius, manicisq; carens, utrumq; patenti
Se latus extremam seissurâ findit ad oram;
in dextrâ rasam corylum gerit ille repostam,
album autem dorso mediog; in corde Leonem.
Pone subit, rutilum præfert Marschalcus & enses.
Humano spirans letum Rex pectore vultum
subsequitur. Postquam totus processerit ordo
jam comitum: tum demùm acies qua Breslicæ ser-
mænia, per vallos noctu sortita periculum
qua excubat, atq; vices exercet sedula iustas,
insequitur regisq; terit vestigia euntis.

Postquam regalem jam Rex pervenit in aulam;
Lustrassetq; omnem censeffum oculosq; suorum
qui condens arant medio se fortè theatro
Dux regem multo Janus Christjanus honore
arbiter Elysiæ compellat maximus ora:
Inclute rex quando (neq; enim sine numine Divum
esse reor) lituum manibus frontiq; coronam
inseruere tua regni pia fata Boëmi:
præfamur multam votis tibi ritè salutem,
fortunam ventis tumidamq; precamur amicis;

maxima

maxima jactamus multo quoq; gaudia plausu,
quòd te nempe coràm cernamus, maxime, regem.
Verùm jam pietas quando tuâ fervida magnum
dicit iter, nostras & ad has te detulit oras:
Si tua majestas, fruimur quibus omnia nobis
qua nostri quondam meritis peperere parentes,
atq; illis reges gaudere dedere priores,
integra quapropter promittit jura tueri.
En tibi nos omnes, in nobis quicquid & unquam est
deserimus, prompti tua jussa capeffimus, atq;
te dominum & regem nostrum profiteamur ovantes;
asserimusq; tua caput en jurando saluti
pollicis atq; fidem sacro firmabimus ictu;
proq; tuâ vitâ lucem spernemus amicam:
pro fama; tuâ pugnabit dextera nostra;
pro regnoq; tuo rorabit sanguine corpus;
Et pro gente tuâ ferrum patiemur & ignem.
Auribus hanc vocem postquam rex hausit amicis
mox multis solio verbis respondet ab alto;
Jura te patria promittit & omnia nostra
integra jura fide, nostrorum mentis avorum
invictum peperit quod robur, & insuper addit;
non regis modò sed fidi quoq; more parentis
concessas pietate fiet rector habenas,
si puris manibus pactam quoq; pectore puro
nempe fidem colerent sanctè & jurata tenerent:
pro patria; salute suam se ponere vitam,
pro regnoq; suo promptum sermone ferebat
se ferre adversos infracto pectore casus.
Tali ut dicentem rex esset voce secutas
ipse fidem primus spondet jurando paternam.
Procumbunt genibusq; harent & sacra firmant
deinde

deinde duces omnes primùm: post deinde Barones
tùm patriæ proceres, venerandi & turba Senatus;
obstringunt sacramento sua pectora sancto.

Perfectis pacta fidei sic ordine sacris,
aulà descendit rursùm comitatus ad ipsum
tendens hospitium ducibus. Mox publica rursus
gaudia cum tonitru vallis denuntiat altis
tormentum; altivolis exarsit & omne favillis
sulphureoq; forum trepidat fragore solutum.

Regali illi agitant leti convivium luxu,
quanta sua nunquam Cleopatra struxit amata
(splendida & illa forent quamvis) Antonius acer.
Postera lux speculis ut rursùm albesceret altis,
nox rursùm, & cornu fugeret jam somnus inani:

atq; dies decimam cursu penetraret in horam;
illicò cumq; cavis sonuèrunt tympana conchis.
Continuò magni plebis coiere manipuli:

Constitit in summà medius rex deinde fenestrâ
collectamq; hilari despectat lumine plebem:
adstat ei dexter nudo Marschalcus & ense;
regia at in levâ stat Cancellarius aule;
ad populum verbis exordia cumq; disertis
sumpsisset, juramenti mox prelegit ipsam
concepti formam. Dicentem voce secuti:
porrò levant digitos ad sidera splendida binos
Et domino mentem spondent jurantq; fidelem.

Carbasa jam placidi subigunt ad littora venti
Sic portu & ventis capior delatus amicis;
Quapropter puppim letâ præcingo coronâ,
votivas onerans Portuno laudibus aras
anchorâ in optatâ fundo remigia arenâ.

Gratia

Gratia faxit amica Dei, quod regis in omen
nomen eat, nostrisq; redux pax optima terris
fulgeat, & revehat Saturnia tempora nobis:
Tum regi longum nostro quoq; proroget avum,
ut nostri hunc videant regnantem in pace nepotes.
Sic Deus alme tuas in laudes ibimus omnes
Et te perpetuò sic nomen honore manebit.

••:O:••



1627
XX
10

Votum,
DIVO FRIDERICO
REGI BOHEMORUM
devotum,

Anno, quo
hilarè IngreDit Vr VratisLaVlaM.

â
Cliente
subjectissimæ mancipationis
JOHANNÈ AB HÖECKELSHOVEN
Vratislavia-Silesio.

WRATISLAVIA,
Typis exscribebat Georgius Bauman.

4 V. 16.